Benedicite ignis et eſtus do
mino bnd. frigus et eſtas dno.
Benedicite rores et pruina
domino benedicite gelu et frigus
domino. Benedicite glacies.

et nives domino benedicite noctes
et dies domino. Benedicite lux
et tenebre domino benedicite
fulgura et nubes domino. Be-
nedicat israhel dominum laudet
et super exaltet eum in secula.
Benedicite montes et colles
domino benedicite universa ger-
minantia in terra domino.
Benedicite fontes domino
benedicite maria et flumina
domino. Benedicite cete et
omnia que moventur in aquis
domino. benedicite omnes volu-
cres celi domino. Bened. omnes
bestie et pecora domino. bnd.
filii hominum domino. Bene-
dicat israhel dominum laudet
et super exaltet eum in secula.



Benedicite ſacerdotes domini
domino benedicite ſerui domini
domino. Bened. ſpūs et anime
iuſtorum domino bened. ſancti
et humiles corde domino Bened.
anania azaria miſael domino
laudate et ſuper exaltate eum
in ſecula. Benedicamus patrem
et filium cum ſancto ſpū laude
mus et ſuper exaltemus eum
in ſecula. Benedictus es domi
ne in firmamento celi laudabilis
et glorioſus et ſuper exaltemus
eum in ſecula. amen.
Laudate dominum de celis
laudate eum in excelſis
Laudate eum omnes ange
li eius laudate eum omnes vir
tutes eius. Laudate eum ſol

et luna laudate eum omnes ſtel
le et lumen Laudate eum celi
celorum et aque que ſuper celos
ſunt laudant nomen domini.
Quia ipſe dixit et facta ſunt
ipſe mandavit et creata ſunt.
Statuit ea in eternum et in
ſeculum ſeculi preceptum poſuit
et non preteribit Laudate
dominum de terra dracones et
omnes abyſſi. Ignis grando
nix glacies ſpiritus procellarum
que faciunt verbum eius.
Montes et omnes colles ligna
fructifera et omnes cedri. Be
ſtie et univerſa pecora ſerpen
tes et volucres pennate. Reges
terre et omnes populi principes
et omnes iudices terre. Iuve

nes et virgines senes cum iunio
ribus laudent nomen domini
quia exaltatum est nomen eius
solius. Confessio eius super
celum et terram et exaltavit
cornu populi sui. Hymnus
omnibus sanctis eius filiis
israhel populo appropinquanti
sibi. Psalmus david
Cantate domino canti
cum novum laus eius
in ecclesia sanctorum. Letetur
israel in eo qui fecit eum et filie
syon exultent in rege suo.
Laudent nomen eius in cho
ro in tympano et psalterio
psallant ei. Quia beneplaci
tum est domino in populo suo
et exaltavit mansuetos in sa

lutem. Exultabunt sancti
in gloria letabuntur in cubili
bus suis. Exultaciones dei
in gutture eorum et gladii anci
pites in manibus eorum.
Ad faciendam vindictam
in nacionibus increpaciones in
populis. Ad alligandos reges
eorum in compedibus et nobiles
eorum in manicis ferreis.
Ut faciant in eis iudicium
conscriptum gloria hec est
omnibus sanctis eius.
Laudate dominum in sanc
tis eius laudate eum in
firmamento virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus
eius laudate eum secundum
multitudinem magnitudinis

eius. Laudate eum in sono tube
laudate eum in psalterio et cytha
ra. Laudate eum in tympano
et choro laudate eum in cordis et
organo. Laudate eum in cym
balis benesonantibus. laudate
eum in cymbalis iubilationis
omnis spiritus laudet dominum.
Gloria patri et filio. antiphona
Benedicta tu in mulieribus et
benedictus fructus ventris tui.
Te laudant. Capitulum
Angeli atque archangeli
sancta dei genitrix que virum
non cognouisti et dominum
deum tuum in tuo sancto vtero
deum baiulasti. Deo gratias.
Virgo dei Hympnus
genitrix quem totus non

capit orbis in tua se clausit visce
ra factus homo. Vera fides
geniti purgavit crimina mun
di et tibi virginitas inviolata
manet. Te matrem pietatis
opem te clamitat orbis subvenias
famulis o benedicta tuis.
Gloria magna patri compar
tibi gloria nate cum sancto spiritu
gloria magna patri amen. V.
Elegit eam deus et preelegit
eam. Et habitare eam facit
in tabernaculo suo. Ps. David
Benedictus dominus deus
israel quia visitavit et
fecit redemptionem plebis sue.
Et erexit cornu salutis nobis
in domo david pueri sui. Si
cut locutus est per os sanctoz

qui a seculo sunt prophetarum
eius. Salutem ex inimicis
nostris et de manu omnium
qui oderunt nos. Ad faciendam
misericordiam cum patribus nostris et
memorari testamenti sui sancti.
Iusiurandum quod iuravit
ad abraham patrem nostrum
daturum se nobis. Ut sine
timore de manu inimicorum
nostrorum liberati serviamus
illi. In sanctitate et iusticia
coram ipso omnibus diebus
nostris. Et tu puer propheta al
tissimi vocaberis preibis
enim ante faciem domini para
re vias eius. Ad dandam scien
ciam salutis plebi eius in remi
ssionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordie dei no
stri in quibus visitavit nos oriens
ex alto. Illuminare hijs qui
in tenebris et in umbra mortis se
dent ad dirigendos pedes nostros in
viam pacis. Gloria patri. An.
Hec est regina virginum que genu
regem velut rosa decora virgo dei
genitrix per quam reperimus deum
et hominem alma virgo virginum
intercede pro nobis ad dominum.
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te veniat.
Deus qui corda fidelium
sancti spiritus illustracione
docuisti. Da nobis in eodem spi
ritu recta sapere et de eius semper
sancta consolacione gaudere.
Per christum dominum. Oratio

Concede nos ſamulos tuos
queſumus domine deus
perpetua mentis et corporis ſani
tate gaudere et glorioſa beate
marie ſemper virginis interceſ
ſione a p̄nti liberari triſticia et
eterna perfrui leticia. Per. *Oro*
Ecleſiam tuam queſumus
domine benignus illuſtra
vt beati Johannis apoſtoli et euan
geliſte illuminata doctrinis
ad dona perueniat ſempiterna
Per dominum nrm

Ci commence prime de nre dame.



Deus in adiutorium me
um intende. Domine
ad adiuuandum me
festina. Gloria patri et filio
et spiritui sancto. Sicut erat
in principio et nunc et semper
et in secula seculorum amen.

Ueni creator spiritus mentes
tuorum visita imple su
perna gracia que tu creasti pecto
ra. Memento salutis auctor
quod nostri quondam corporis ex illi
bata virgine nascendo formam
sumpseris. Maria mater gratie
mater misericordie tu nos ab hoste prote
ge et hora mortis suscipe. Gloria
tibi domine qui natus es de vir
gine cum patre et sancto spiritu in
sempiterna secula amen. an.
Benedicta tu. Psalmus dauid.

Beatus vir qui non habiit
in consilio impiorum et
in via peccatorum non stetit et
in cathedra pestilencie non sedit.
Sed in lege domini voluntas
eius et in lege eius meditabitur

die ac nocte. Et erit tanq̃ lig-
num quod plantatum est secus
decursus aquarum quod fructu
suum dabit in tempore suo.
Et folium eius non defluet
et omnia quecumque faciet sem-
per prosperabuntur. Non sic
impij non sic tanq̃ puluis
quem proicit uentus a facie ter-
re. Ideo non resurgunt impij
in iudicio neque peccatores in con-
silio iustorum. Quoniam
nouit dominus uiam iustoru
et iter impiorum peribit. ps dd.
Quare fremuerunt gentes
et populi meditati sunt
inania. Astiterunt reges
terre et principes conuenerunt
in unum aduersus dominum

et aduerſus xpm eius. Diſru
pamus vincula eorum et proi
ciamus a nobis iugum ipſoru
Qui habitat in celis irridebit
eos et dominus ſubſannabit
eos. Tunc loquetur ad eos
in ira ſua et in furore ſuo con
turbabit eos. Ego autem
conſtitutus ſum rex ab eo ſup
ſyon montem ſanctum eius
predicans preceptum eius.
Dominus dixit a me filius
meus es tu ego hodie genui te.
Poſtula a me et dabo tibi
gentes hereditatem tuam et
poſſeſſionem tuam terminos
terre. Reges eos in virga fer
rea et tanq̃ vas figuli confrin

ges eos. Et nunc reges eos
intelligite erudimini qui iu
dicatis terram. Servite do
mino in timore et exultate ei
cum tremore. Apprehendite
disciplinam nequando irascatur
dominus et pereatis de via iu
sta. Cum exarserit in brevi
ira eius beati omnes qui con
fidunt in eo. Psalmus David

Verba mea auribus per
cipe domine intellige
clamorem meum. Intende
voci orationis mee rex meus
et deus meus. Quoniam ad
te orabo domine mane exaudi
es vocem meam. Mane asta
bo tibi et videbo quoniam non
deus volens iniquitatem tu

ce Neque habitabit iuxta te ma
lignus neque permanebunt iniu
sti ante oculos tuos Odisti
omnes qui operantur iniquita
tatem perdes omnes qui loqun
tur mendacium Virum san
guinum et dolosum abhomina
bitur dominus autem in multi
tudine misericordie tue Introibo in
domum tuam et adorabo ad tem
plum sanctum tuum in timore
tuo Domine deduc me in iu
sticia tua propter inimicos meos
dirige in conspectu tuo viam
meam Quoniam non est in
ore eorum veritas cor eorum vani
est Sepulcrum patens e
guttur eorum linguis suis do
lose agebant iudica illos deus.

Decidant acogitacionibus
secundum multitudinem im
pietatum eorum expelle eos qui
irritauerunt te domine. Et le
tentur omnes qui sperant in te
in eternum exultabunt et habi
tabis in eis. Et gloriabuntur
in te omnes qui diligunt nome
tuum domine quoniam tu bene
dices iusto. Domine ut scuto
bone voluntatis tue coronasti
nos. Gloria patri. Antiphona
Benedicta tu in mulieribus et
benedictus fructus ventris tui.
Felix namque. Capitulum
es sacra virgo maria et
omni laude dignissima quia ex
te ortus est sol iusticie xpistus deus
noster. Deo gratias.

Diffusa e[st] gracia in labijs tuis
propterea benedixit te in eternum
In labijs tuis. Gloria patri.
Diffusa est gracia. V. Specie
tua et pulcritudine tua. R. Intende
prospere procede et regna. Vers[us] sub.
Domine exaudi. Et clamor me[us]
Oremus. Oracio.
Sancti spiritus quesumus
domine corda nostra mun
det infusio et sui roris intima
aspersione fecundet. Per d[omi]n[u]m
Famulorum tuorum q[uesumu]s
domine delictis ignosce
ut qui tibi placere de actibus
n[ost]ris non valemus genitricis
filii tui intercessione salvem[ur]
Ecclesiam tuam q[uesumu]s domi
ne benignus illustra



Cy commance tierce

Deus in adiutorium me
um intende. Domine
ad adiuvandum me
festina. Gloria patri et filio
& spiritui sancto. Sicut erat

Veni creator spiritus mentes
tuorum visita imple super-
na gratia que tu creasti pectora.
Memento salutis auctor quod
nostri quondam corporis ex illibata
virgine nascendo formam sump-
seris. Maria mater gratie ma-
ter misericordie tu nos ab hoste protege et
hora mortis suscipe. Gloria
tibi domine qui natus es de vir-
gine cum patre sancto spiritu in
sempiterna secula amen.
Dignare. Psalmus david.
Ad dominum cum tribula-
rer clamavi et exaudivit
me. Domine libera animam
meam a labiis iniquis et a lin-
gua dolosa. Quid detur tibi aut
quid apponatur tibi ad linguam

dolosam. Sagitte potentis acu
te cum carbonibus desolatoriis.
Heu michi quia incolatus
meus prolongatus est habitaui
cum habitantibus cedar multum
incola fuit anima mea. Cum
hiis qui oderunt pacem eram pa
cificus cum loquebar illis impugn
nabant me gratis. Psalmus .xx.
Leuaui occulos meos in
montes unde veniet auxi
lium michi. Auxilium meum
a domino qui fecit celum et terram
Non det in commocionem pede
tuum neque dormitet qui custodit
te. Ecce non dormitabit neque
dormiet qui custodit israel.
Dominus custodit te dominus
protectio tua super manum

dexteram tuam. Per diem ſol
non uret te neque luna per nocte(m).
Dominus cuſtodit te ab omni
malo cuſtodiat animam tuam
dominus. Dominus cuſtodiat
introitum tuum et exitum tuu(m)
ex hoc nunc et uſque in ſeculum.
Letatus ſum in hiis que dic
ta ſunt michi in domo
domini ibimus. Stantes erant
pedes nostri in atriis tuis iheruſa
lem. Iheruſalem que edifica
tur ut civitas cuius participa
tio eius in idipſum. Illic enim
aſcenderunt tribus tribus domi
ni teſtimonium iſrael ad confi
tendum nomini domini. Quia
illic ſederunt ſedes in iudicio ſe
des ſuper domum david.

Rogate que ad pacem ſunt
iheruſalem et habundancia dili
gentibus te. Fiat pax in virtu
te tua et habundancia in turrib
tuis. Propter fratres meos et
proximos meos loquebar pacem
de te. Propter domum domini
dei noſtri queſiui bona tibi.
Gloria patri. Antiphona
Dignare me laudare te virgo ſacra
ta. Da michi virtutem contra hoſtes
tuos. Capitulum
Paradiſi porta per euam
cunctis clauſa eſt et per
mariam virginem iterum pate
facta eſt. Deo gracias. Reſponſ.
Specie tua et pulcritudine tua
Intende proſpere procede et regna
Specie tua et pulcritudine tua

Gloria patri et filio et spiritui sancto
Specie tua et pulcritudine tua
Adiuuabit eam deus uultu suo.
Deus in medio eius non commoue
bitur. Oracio.
Assit nobis quesumus
domine uirtus et con
solacio sancti spiritus que et corda
nostra et corpora nostra cleme
ter expurget et ab omnibus
semper tueatur aduersis. Oracio
Beate et gloriose semper
uirginis marie quesumus
omnipotens deus inter
cessio gloriosa nos protegat et
ad uitam eternam perducat.
Ecclesiam tuam quesumus
domine benignus illu
stra ut beati iohannis apostoli



Cy commence midi de nre dame

Deus in adiutorium me
um intende. Domine
ad adiuvandum me
festina. Gloria patri et filio
et spiritui sancto. Sicut erat
in principio et nunc.

Veni creator ſpus mentes
tuorum viſita imple
ſuperna gratia que tu creaſti
pectora. Memento ſalutis
auctor quod noſtri quondam cor
poris ex illibata virgine naſcen
do formam ſumpſeris. Maria
mater gratie mater mie tu nos
ab hoſte protege et hora mortis
ſuſcipe. Gloria tibi domine
qui natus es de virgine cum pa
tre ſancto ſpu in ſempiterna
ſecula Amen. Pſalmus dauid
Ad te leuaui occulos meos
qui habitas in celis.
Ecce ſicut occuli ſeruorum
in manibus dominorum ſuorum
Sicut occuli ancille in manibus
domine ſue ita occuli noſtri

ad dominum deum nostrum do-
nec misereatur nostri. Misere-
re nostri domine miserere nostri
quia multum repleti sumus
despectione. Quia multum
repleta est anima nostra oppro-
brium habundantibus et de-
spectio superbis. Psalmus David.
Nisi quia dominus erat
in nobis dicat nunc isra-
el nisi quia dominus erat in
nobis. Cum exurgerent ho-
mines in nos forte vivos deglu-
tissent nos. Cum irasceretur
furor eorum in nos forsitan a-
qua absorbuisset nos. Torren-
tem pertransivit anima nostra
forsitan pertransisset anima
nostra aquam intollerabilem. B

Benedictus dominus qui non
dedit nos in captione dentibus eo-
rum. Anima nostra sicut passer erepta
est de laqueo venancium. Laque-
us contritus est et nos liberati
sumus. Adiutorium nostrum
in nomine domini qui fecit celum
et terram. Psalmus David.
Qui confidunt in domino
sicut mons syon non com
movebitur in eternum qui habi
tat in iherusalem. Montes in
circuitu et dominus in circuitu
populi sui ex hoc nunc et usque in
seculum. Quia non relinquet
dominus virgam peccatorum su
per sortem iustorum ut non ex
tendant iusti ad iniquitatem ma
nus suas. Bene fac domine bone



Deus in adiutorium
meum intende Do
mine ad adiuuandu
me festina Gloria patri et
filio et spiritui sancto Sicut
erat in principio et nunc et
semper z in secula seculoz amen

Veni creator spiritus mentes
tuorum visita imple su
perna gratia que tu creasti pec
tora Memento salutis auctor
quod nostri quondam corporis
ex illibata virgine nascendo for
mam sumpseris Maria ma
ter gratie mater misericordie
tu nos ab hoste protege et hora
mortis suscipe Gloria tibi do
mine qui natus es de virgine
cum patre et sancto spiritu in sempi
terna secula amen. antiphona
Sicut lilium Psalmus David
In convertendo dominus
captivitatem syon facti
sumus sicut consolati Tunc
repletum est gaudio os nostrum
et lingua nostra in exultatione.

Tunc dicent inter gentes mag-
nificauit dominus facere cum
eis. Magnificauit dominus
facere nobiscum facti sumus
letantes. Conuerte domine
captiuitatem nostram sicut tor-
rens in austro. Qui seminant
in lacrimis in exultacione me-
tent. Euntes ibant et flebant
mittentes semina sua. Ven-
ientes autem venient cum exul-
tacione portantes manipulos
suos. Psalmus dauid.

Nisi dominus edificauerit
domum in vanum labo-
rauerunt qui edificant eam.
Nisi dominus custodierit ciui-
tatem frustra vigilat qui custo-
dit eam. Vanum est vobis

ante lucem ſurgere ſurgite poſt
q̄ ſedentis qui manducatis pa
nem doloris. Cum dederit dilec
tis ſuis ſompnum ecce hereditas
domini filii merces fructus ven
tris. Sicut ſagitte in manu
potentis ita filii excuſſorum
Beatus vir qui non impleuit
deſiderium ſuum ex ipſis non
confundetur cum loquetur ini
micis ſuis in porta. Ps. dauid
Beati omnes qui timent
dominum qui ambulant
in viis eius. Labores manu
um tuarum quia manducabis
beatus es et bene tibi erit. Uxor
tua ſicut vitis in lateribus dom⁹
tue. Filii tui ſicut nouelle
oliuarum in circuitu menſe tue

Ecce sic benedicetur homo qui
timet dominum. Benedicat
tibi dominus ex syon et videas
bona iherusalem omnibus die
bus vite tue. Et videas filios
filiorum tuorum pacem super
israel. Gloria patri. Antiphona
Sicut lilium inter spinas rosa
sic amica mea inter filias. Capitulum
Per te dei genitrix nobis vita
perdita data que de celo
suscepisti prolem et mundo
genuisti salvatorem. Deo gratias.
Vers. Elegit eam deus et preele
git eam. R. Et habitare eam facit
in tabernaculo suo. V. Elegit eam
deus et preelegit eam. Gloria
patri et filio et spiritui sancto. V. Ele
git eam deus et preelegit eam. V.

Poſt partum virgo inviolata per-
manſiſti. Dei genitrix intercede
pro nobis. **Oracio**

Mentibus nris queſumus
domine ſpiritum ſanctu
paraclitum benignus infunde
cuius et ſapiencia conditi ſum⁹
et providencia gubernemur.

Protege queſumus domine
nos famulos tuos ſubſi-
diis pacis et glorioſe beate marie
patrocinijs confitentes a cunctis
hoſtibus nos redde ſecuros. Per.

Eccleſiam tuam queſum⁹
domine benignus illuſtra
ut beati johannis apoſtoli tui
et euangeliſte illuminata
doctrinis ad dona perveniat
ſempiterna. Per xpm.



Ci commence vespres de nre dame

Deus in adiutorium me-
um intende. Domi-
ne ad adiuvandum
me festina. Gloria patri et.
Sicut erat in principio et nunc.

Letatus sum in hiis que dicta
sunt michi in domo domi
ni ibimus. Stantes erant pe
des nostri in atriis tuis iherusalem.
Iherusalem que edificatur
vt ciuitas cuius participacio eius
in id ipsum. Illuc enim ascen
derunt tribus tribus domini te
stimonium israel ad confiten
dum nomini domini. Quia
illic sederunt sedes in iudicio
sedes super domum dauid.
Rogate que ad pacem sunt
iherusalem et habundancia
diligentibus te. Fiat pax in
virtute tua et habundancia
in turribus tuis. Propter
fratres meos et proximos me
os loquebar pacem de te.

Propter domum domini dei no
stri quesiui bona tibi. Gloria
Ad te leuaui oculos meos
qui habitas in celis. Ec
ce sicut oculi seruorum in ma
nibus dominorum suorum.
Sicut oculi ancille in mani
bus domine sue ita oculi nostri
ad dominum deum nostrum do
nec misereatur nostri. Misere
re nostri domine miserere nostri
quia multum repleti sumus de
spectione. Quia multum re
pleta est anima nostra obpro
brium habundantibus et de
spectio superbis. Psalmus dauid
Nisi quia dominus erat in
nobis nisi quia dominus
erat in nobis. Cum exurgerent

hommes in nos forte vivos de
glutissent nos. Cum irasceren
tur furor eorum in nos forsita
aqua absorbuisset nos. Tor
rentem pertransivit anima
nostra forsitam pertransisset
anima nra aquam intolleram
bilem. Benedictus dominus
qui non dedit nos in captione
dentibus eorum. Anima no
stra sicut passer erepta est de la
queo venancium. Laqueus
contritus est et nos liberati su
mus. Adiutorium nostrum
in nomine domini qui fecit ce
lum et terram. Psalmus david
Qui confidunt in domino
sicut mons syon non co
movebitur in eternum qui ha

bitat in

bitas in iherusalem. Montes
in circuitu eius et dominus in
circuitu populi sui ex hoc nunc
et usque in seculum. Quia non
relinquet dominus virgam
peccatorum super sortem iusto
rum ut non extendant iusti
ad iniquitatem manus suas
Benefac domine bonis et
rectis corde. Declinantes au
tem in obligationes adducet do
minus cum operantibus ini
quitatem pax super israel.
In convertendo dominus
captivitatem syon facti
sumus sicut consolati. Tunc
repletum est gaudio os nostrum
et lingua nostra exultatio
ne. Tunc dicent inter gentes

magnificauit dominus facere
cum eis. Magnificauit domi
nus facere nobiſcum facti
ſumus letantes. Conuerte
re domine captiuitatem noſtram
ſicut torrens in auſtro. Qui
ſeminant in lacrimis in ex
ultatione metent. Euntes
ibant et flebant mittentes ſe
mina ſua. Uenientes autem
uenient cum exultatione por
tantes manipulos ſuos.
Gloria patri.
Beatam me dicent omnes
generaciones quia ancillam
humilem reſpexit deus.
Beata eſt virgo maria
que dominum porta
ſti creatorem mundi genuiſti

qui te fecit et in eternum per
manes virgo. Deo gratias.
Ave maris ſtella dei ma
ter alma atque ſemper
virgo felix celi porta. Sumens
illud ave gabrielis ore funda
nos in pace mutans nomen
eue. Solue vincla reis profert
lumen cecis mala noſtra pelle
bona cuncta poſſe. Monſtra
te eſſe matrem ſumat per te
preces qui pro nobis natus tulit
eſſe tuus. Virgo ſingularis
inter omnes mitis nos culpis
ſolutos mites fac et caſtos.
Vitam preſta puram iter
para tutum ut videntes ihm
ſemper colletemur. Sit laus
deo patri ſummo xpo decus

ſpiritui ſancto trinus honor
unus amen. Poſt partum
virgo inviolata permanſiſti
Dei genitrix intercede pro nobis
Sancta maria.
Magnificat anima mea
dominum. Et exulta
uit ſpiritus meus in deo ſalutari
meo. Quia reſpexit humilita
tem ancille ſue ecce enim ex hoc
beatam me dicent omnes gene
rationes. Quia fecit michi
magna qui potens eſt et ſanc
tum nomen eius. Et miſeri
cordia eius a progenie in proge
nies timentibus eum. Fecit
potenciam in brachio ſuo diſ
perſit ſuperbos mente cordis
ſui. Depoſuit potentes de ſede

et exultavit humiles. Esurien-
tes implevit bonis et divites di-
misit inanes. Suscepit israel
puerum suum recordatus est
misericordie sue. Sicut locutus est ad
patres nostros abraham et semi-
ni eius in secula. Gloria patri
et filio et spiritui sancto. Sicut
erat in principio et nunc et
semper et in secula seculorum
amen. Antiphona Sancta maria
succurre miseris iuva pusilla-
nimes refove flebiles. V. Ora pro
populo interveni pro clero inter-
cede pro devoto femineo sexu. V.
Domine exaudi. Oratio.
Deus qui corda fidelium
sancti spiritus illustratione
docuisti da nobis in eodem spiritu

recta ſapere et de eius ſemper ſanc
ta conſolatione gaudere. Oracio

Deus qui ſalutis eterne
beate marie virginitate
fecunda humano generi premia
preſtitiſti tribue queſumus
ut ipſam pro nobis intercede
re ſentiamus per quam meruí
mus auctorem vite ſuſcipere

Ecclesiam tuam queſu
mus domine benignus
illuſtra ut beati Johannis apo
ſtoli tui et euuangeliſte illu
minata doctrinis et ad dona
perueniat ſempiterna. Per
xpm dominum nostrum amen

Benedicamus domino
Deo gracias. Ci commen
cent complies de nre dame



Converte nos deus sa
lutaris noster. Et
averte faciem tuam
a nobis. Deus in adiutorium
meum intend. Domine ad
adiuvandum me festina.

Gloria patri et filio et spiritui
sancto. Sicut erat in principio
et nunc et semper et in secula
seculorum amen alleluya. an
ps david

Usquequo domine oblivi
sceris me in finem usque
quo avertis faciem tuam a me.
Quamdiu ponam consilia in
anima mea dolorem in corde
meo per diem. Usquequo exal
tabitur inimicus meus super
me respice et exaudi me domine
deus meus. Illumina oculos
meos ne umquam obdormiam in
morte nequando dicat inimi
cus meus prevalui adversus
eum. Qui tribulant me ex
ultabunt si motus fuero ego

autem in misericordia tua spe
raui. Exultauit cor meum
in salutari tuo cantabo domino
qui bona tribuit michi et psal
lam nomini domini altissimi.
Iudica me deus et discerne
causam meam de gente
non sancta ab homine iniquo
doloso eripe me. Quia tu es
deus fortitudo mea quare me
repulisti et quare tristis incedo
dum affligit me inimicus.
Emitte lucem tuam et verita
tem tuam ipsa me deduxerunt
et adduxerunt in montem sanc
tum tuum et in tabernacula
tua. Et introibo ad altare dei
ad deum qui letificat iuventu
tem meam. Confitebor tibi

in cythara deus deus meus quare
tristis est anima mea et quare
conturbas me Spera in deo
quoniam adhuc confitebor illi
salutare vultus mei. et deus meus
Sepe expugnaverunt me
a iuventute mea dicat
nunc israel Sepe expugnave
runt me a iuventute mea et
enim non potuerunt michi
Supra dorsum meum fabrica
verunt peccatores prolongave
runt iniquitatem suam
Dominus iustus concidet
cervices peccatorum confun
dantur et convertantur retror
sum omnes qui oderunt syon
Fiant sicut fenum tectorum
quod priusquam evellatur exa

ruit. De quo non impleuit ma
num suam qui metet et sinu
suum qui manipulos colliget.
Et non dixerunt qui preteri
bant benedictio domini super vo
nos benediximus in nomine
domini. Psalmus David
Domine non est exalta
tum cor meum neque ela
ti sunt oculi mei. Neque am
bulaui in magnis neque in mi
rabilibus super me. Si non
humiliter sentiebam sed exal
taui animam meam. Sicut
ablatatus super matre sua ita
retribucio in anima mea. Spe
ret israel in domino ex hoc nunc
& usque in seculum. Gloria pa
tri et filio et spiritui sancto.

An. Sancta dei genitrix virgo
semper maria intercede pro nobis
ad dominum deum nostrum.

Capitulum

Sicut cynamo
mum et balsamum aro
matizans odorem dedi quasi
mirra electa dedit suavitatem
odoris. Deo gratias.

Hympnus

Virgo dei genitrix quem
totus non capit orbis
in tua se clausit viscera factus
homo. Vera fides genitri pur
gavit crimina mundi et tibi
virginitas inviolata manet.
Te matrem pietatis opem
te clamitat orbis subvenias
famulis o benedicta tuis. Glo
ria magna patri compar tibi
gloria nate cum sancto spiritu

gloria magna patri amen
Ecce ancilla domini fiat
michi secundum verbum tuum
Cum iocunditate.
Nunc dimittis servum
tuum domine secundu
verbum tuum in pace. Quia
viderunt oculi mei salutare
tuum. Quod parasti ante fa
ciem omnium populorum.
Lumen ad revelationem
gentium et gloriam plebis
tue israel. Gloria patri.
Cum iocunditate memoriam
beate marie celebremus Ut ipsa
pro nobis intercedat pro nobis
ad dominum deum nostrum.
Domine exaudi orationem
meam. Et clamor



Ure igne ſancti ſpũs re
nes noſtros et cor noſtrũ
domine ut tibi caſto corpore
ſeruiamus et mundo corde
placeamus. Per
Graciam tuam queſu
mus domine mentibꝫ
nr̃is infunde ut qui angelo
nunciante xp̃i filii tui in
carnacionem cognouimus
per paſſionem eius et crucem
ad reſurrectionis gloriam
perducamur. Per
Eccleſiam tuam queſu
mus domine benignus
illuſtra ut beati Johannis a
poſtoli tui et euuangeliſte illu
minata doctrinis ad dona
perueniat ſempiterna. Per



Domine ne in furore tuo
arguas me neqȝ in ira
tua corripias me. Mi
serere mei domine quoniam in
firmus sum sana me domine quoniam
conturbata sunt omnia ossa mea.
Et anima mea turbata est

valde sed tu domine vsquequo Conuertere domine et eripe animam
meam saluum me fac propter
miam tuam Quoniam non
est in morte qui memor sit tui
in inferno autem quis confitebi
tur tibi Laboraui in gemitu
meo lauabo per singulas noctes
lectum meum lacrimis meis
stratum meum rigabo Turba
tus est a furore oculus meus
inueteraui inter omnes inimi
cos meos Discedite a me omnes
qui operamini iniquitatem
quoniam exaudiuit dominus
vocem fletus mei Exaudiuit
dominus deprecationem meam
dominus orationem meam su
scepit Erubescant et contur

bentur vehementer omnes inimi
mei conuertantur et erubeſcant
valde velociter. Pſalmus dauid
Beati quorum remiſſe
ſunt iniquitates et quorum
tecta ſunt peccata. Beatus
vir cui non imputauit dominus
peccatum nec eſt in ſpiritu eius
dolus. Quoniam tacui inuete
rauerunt oſſa mea dum clama
rem tota die. Quoniam die ac
nocte grauata eſt ſuper me ma
nus tua conuerſus ſum in eru
mpna mea dum configitur
ſpina. Delictum meum co-
gnitum tibi feci et iniuſticiam
meam non abſcondi. Dixi
confitebor aduerſum me iniu
ſticiam meam domino et tu

remisisti impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis sanc
tus in tempore oportuno. Verum
tamen in diluuio aquarum mul
tarum ad eum non approximabu
nt. Tu es refugium meum a
tribulacione que circumdedit me
exultacio mea erue me a circumdan
tibus me. Intellectum tibi dabo
et instruam te in via hac qua gra
diens firmabo super te oculos
meos. Nolite fieri sicut equus
et mulus quibus non est intellectus
In chamo et freno maxillas
eorum constringe qui non appro
ximant ad te. Multa flagella
peccatoris sperantem autem in
domino misericordia circumdabit. Le
tamini in domino et exultate.

iusti et gloriamini omnes recti
corde. Psalmus david
Domine ne in furore tuo
arguas me neque in ira
tua corripias me. Quoniam
sagitte tue infixe sunt michi et
confirmasti super me manum
tuam. Non est sanitas in carne
mea a facie ire tue non est pax
ossibus meis a facie peccatorum
meorum. Quoniam iniquita
tes mee supergresse sunt caput
meum et sicut onus grave
gravate sunt super me. Putrue
runt et corrupte sunt cicatrices
mee a facie insipientie mee.
Miser factus sum et curvatus
sum usque in finem tota die contri
status ingrediebar. Quoniam

lumbi mei impleti ſunt illuſio
nibus et non eſt ſanitas in carne
mea. Afflictus ſum et humi
liatus ſum nimis rugiebam
a gemitu cordis mei. Domine
ante te omne deſiderium meum
et gemitus meus a te non eſt
abſconditus. Cor meum con
turbatum eſt dereliquit mea
et lumen oculorum meorum
et ipſum non eſt mecum. A
mici mei et proximi mei adver
ſum me appropinquaverunt
et ſteterunt. Et qui iuxta me
erant de longe ſteterunt et vim
faciebant qui querebant ani
mam meam. Et qui inquire
bant mala michi locuti ſunt
vanitates et dolos tota die medi

tabantur Ego autem tanquam
surdus non audiebam et sicut
mutus non aperiens os suum.
Et factus sum sicut homo
non audiens et non habens in
ore suo redargutiones. Quoniam
in te domine speravi tu exaudies
me domine deus meus. Quia
dixi nequando super gaudeant
michi inimici mei et dum com
moventur pedes mei super me
magna locuti sunt. Quoniam
ego in flagella paratus sum et
dolor meus in conspectu meo
semper. Quoniam iniquitatem
meam annunciabo et cogitabo
pro peccato meo. Inimici au
tem mei vivunt et confirmati
sunt super me et multiplicati

ſunt qui oderunt me inique. Q
ui retribuunt mala pro bono
detrahebant michi quoniam ſeq
bar bonitatem. Ne derelinquas
me domine deus meus ne diſceſſe
ris a me. Intende in adiutorium
meum domine deus ſalutis mee.
Miſerere mei deus ſecundum
magnam miam tuam.
Et ſecundum multitudinem
miſeracionum tuarum dele ini
quitatem meam. Amplius
laua me domine ab iniquitate
mea et a peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatem meam
ego cognoſco et peccatum meum
contra me eſt ſemper. Tibi ſoli
peccaui et malum coram te feci
ut iuſtificeris in ſermonibus

tuus et vincas cum iudicaris. Ecce
enim veritatem dilexisti incer-
ta et occulta sapientie tue manife-
stasti michi. Asperges me domi-
ne ysopo et mundabor lavabis
me et super nivem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium
et leticiam et exultabunt ossa
humiliata. Averte faciem tuam
a peccatis meis et omnes iniqui-
tates meas dele. Cor mundum
crea in me deus et spiritum rectum innova
in visceribus meis. Ne proicias
me a facie tua et spiritum sanctum
tuum ne auferas a me. Redde
michi leticiam salutaris tui et
spiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas et im-
pii ad te convertentur. Libera me



de sanguinibus deus deus salutis
mee: et exultabit lingua mea
iusticiam tuam. Domine labi
a mea aperies: et os meum an
nunciabit laudem tuam. Quoniam si
voluisses sacrificium dedi
ssem utique holocaustis non delecta
beris. Sacrificium deo spiritus con
tribulatus cor contritum et hu
miliatum deus non despicies.
Benigne fac domine in bona
voluntate tua syon ut edificentur
muri iherusalem. Tunc accep
tabis sacrificium iusticie oblaci
ones et holocausta tunc imponent
super altare tuum vitulos.
Domine exaudi oracionem
meam et clamor meus
ad te veniat. Non advertas faciem

tuam a me in quacunq; die tribulor
inclina a me aurem tuam. In
quacunq; die inuocauero te velociter
exaudi me. Quia deffecerunt sicut
fumus dies mei et ossa mea sicut
cremium aruerunt. Percussus
sum ut fenum et aruit cor meum
quia oblitus sum comedere panem
meum. A uoce gemitus mei ad
hesit os meum carni mee. Si
milis factus sum pellicano soli
tudinis factus sum sicut nicticorax
in domicilio. Vigilaui et fac
tus sum sicut passer solita
rius in tecto. Tota die exprobra
bant michi inimici mei et qui
laudabant me aduersum me iu
rabant. Quia cinerem tanquam
panem manducabam et potum

meum cum fletu miscebam

A facie ire indignationis tue
quia elevans allisisti me. Dies
mei sicut umbra declinaverunt
et ego sicut fenum arui. Tu au
tem domine in eternum perma
nes et memoriale tuum in gene
ratione et generationem. Tu ex
urgens domine misereberis syon
quia tempus miserendi eius quia
venit tempus. Quoniam placue
runt servis tuis lapides eius et
terre eius miserebuntur. Et
timebunt ge[illegible]tes nomen
tuum domine et omnes reges terre
gloriam tuam. Quia edificavit
dominus syon et videbitur in gloria
sua. Respexit in orationem hu
milium et non sprevit precem eorum.

Scribantur hec in generacione
altera et populus qui creabitur
laudabit dominum. Quia pro
ſpexit de excelſo ſancto ſuo dominus
de celo in terram aſpexit. Ut audi
ret gemitus compeditorum ut ſol
veret filios interemptorum. Ut
annunciant in ſyon nomen domi
ni et laudem eius in iheruſalem.
In conveniendo populos in unum
et reges ut ſerviant domino. Re
ſpondit ei in via virtutis ſue pau
citatem dierum meorum nuncia
michi. Ne revoces me in dimidio
dierum meorum in generacione
et generacionem anni tui. Ini
cio tu domine terram fundaſti et
opera manuum tuarum ſunt
celi. Ipſi peribunt tu autem



permanes et omnes sicut vesti
mentum veterascent. Et sicut
opertorium mutabis eos et muta
buntur tu autem idem ipse est et
anni tui non deficient. Filii
servorum tuorum habitabunt et
semen eorum in seculum dirigetur.
De profundis clamavi ad te
domine domine exaudi
vocem meam. Fiant aures tue
intendentes in vocem deprecacionis
mee. Si iniquitates observave
ris domine domine quis substine
bit. Quia aput te propiciacio est
et propter legem tuam substinui
te domine. Substinuit anima
mea in verbo eius speravit anima
mea in domino. A custodia ma
tutina usque ad noctem speret israel.

in domino. A custodia matutina
usque ad noctem speret israhel in
domino. Quia apud dominum
misericordia et copiosa apud eum redemp-
cio. Et ipse redimet israhel ex
omnibus iniquitatibus eius.
Domine exaudi oracionem
meam auribus percipe
obsecracionem meam in ueritate
tua exaudi me in tua iusticia.
Et non intres in iudicium cum
seruo tuo domine quia non iustifi-
cabitur in conspectu tuo omnis
uiuens. Quia persecutus est
inimicus animam meam humi-
liauit in terra uitam meam. C-
ollocauit me in obscuris sicut mor-
tuos seculi et anxiatus est super
me spiritus meus in me turbatum

eſt cor meum. Memor fui dierum
antiquorum meditatus ſum
in omnibus operibus tuis et in
factis manuum tuarum medita
bar. Expandi manus meas
ad te anima mea ſicut terra ſine
aqua tibi. Velociter me domine
defecit ſpiritus meus. Non auer
tas faciem tuam a me et ſimilis
ero deſcendentibus in lacum. No
tam fac michi viam in qua am
bulem quia ad te levavi animam
meam. Auditam fac michi
mane misericordiam tuam quia in te
ſperavi. Eripe me de inimicis
meis domine ad te confugi doce
me facere voluntatem meam
quia deus meus es tu. Spiritus
tuus bonus deducet me in terram

Rectam propter nomen tuum
domine vivificabis me in equita
te tua. Educes de tribulacione ani
mam meam et in misericordia tua disper
des omnes inimicos meos. Et
perdes omnes qui tribulant ani
mam meam quoniam ego servus
tuus sum. Antiphona.
Deus qui cananeam et publicanum
vocasti ad penitenciam miserere mei. ℣.
Parce domine parce populo tuo quem
redemisti precioso sanguine tuo ne
in eternum irascaris nobis. antiphona.
Intret oracio mea in conspectu tuo
inclina domine aurem tuam ad pre
cem meam. Antiphona.
Ne reminiscaris domine delicta
nostra vel parentum nostrorum neque vin
dictam sumas de peccatis nostris. Parce

domine parce populo tuo ut c.
Sed da michi domine cum tuo timo
re disciplinam et sapienciam spaciu
vivendi et compunctionem penitendi
ut ante diem exitus mei per verum
penitenciam indulgenciam peccator
meorum percipere merear. Per
xpm dominum nostrum amen.
Kyrieleison. Xpe eleison
Kyrieleison. Xpe audi nos
Pater de celis deus miserere nobis
Fili redemptor mundi deus. mi.
Spus sancte deus. mi.
Sancta trinitas unus deus. mi.
Sancta maria. ora pro nobis
Sancta dei genitrix. ora
Sancta virgo virginum. ora
Sancte michael. ora
Sancte gabriel. ora

Sancte raphael or
Sancte uriel or
Omnes ſancti angeli et archan-
geli dei orate pro nobis
Omnes ſancti beatorum ſpiri-
tuum ordines orate pro nobis
Sancte johannes baptiſta or
Omnes ſancti patriarche et
prophete dei orate pro nobis
Sancte petre or
Sancte paule or
Sancte andrea or
Sancte iacobe or
Sancte iohannes or
Sancte thoma or
Sancte philippe or
Sancte bartholomee or
Sancte mathee or
Sancte ſimon or

Sancte barnaba or

Sancte marce or

Sancte luca or

Omnes sancti apostoli et euangeliste dei orte

Omnes sancti discipuli domini orate pro nobis

Omnes sancti innocentes dei orte.

Sancte stephane or

Sancte line or

Sancte clete or

Sancte clemens or

Sancte laurenti or

Sancte vincenti or

Sancte fabiane or

Sancte sebastiane or

Sancte geruasi or

Sancte prothasi or

Sancte georgi or

Sancte leodegari ora
Sancte victor. ora
Sancte dyoniſi cum ſociis t. ora
Sancte maurici cum ſ. t. ora
Omnes ſancti martires. orate
Sancte ſilueſter. ora
Sancte leo ora
Sancte martine ora
Sancte auguſtine ora
Sancte nicolae. ora
Sancte biſme. ora
Sancte germane ora
Sancte amande ora
Sancte xpofore ora
Sancte ieronime ora
Sancte benedicte ora
Sancte marcelline ora
Sancte maure ora
Sancte anthoni. ora

Omnes sancti confessores orate
Sancta maria magdalena. ora
Sancta maria egipciaca. ora
Sancta felicitas ora
Sancta perpetua ora
Sancta katherina ora
Sancta margareta ora
Sancta agatha ora
Sancta genonefa ora
Sancta anna ora
Sancta susanna ora
Sancta petronilla ora
Sancta lucia ora
Sancta agnes ora
Sancta Fides ora
Sancta Spes ora
Sancta caritas ora
Omnes sancte virgines. orate
Omnes sancti et sancte dei. orate

Propicius esto parce nobis
domine. Ab omni malo libera
nos domine.
Ab insidijs dyaboli. l.
Ab dampnacione perpetua. l.
A fulgure et tempestate l.
Ab imminantibus peccatorum
nostrorum periculis l.
A cecitate cordis. l.
Ab immundicia mentis et
corporis l.
A morte subitanea. l.
Per misterium sancte incar
nacionis tue. l.
Per aduentum tuum. l.
Per natiuitatem tuam l.
Per circumcisionem tuam l.
Per apparicionem tuam l.
Per baptismum tuum l.

Per ieiunium tuum. l.
Per crucem et mortem tuam. l.
Per gloriosam resurrectionem
tuam libera nos domine.
Per ascensionem tuam. l.
Per graciam sancti spiritus paracliti. l.
In hora mortis succurre nobis
domine. In die iudicii libera
nos domine.
Peccatores te rogamus audi nos.
Ut pacem nobis dones. te r.
Ut misericordia et pietas tua nos custo
diat te rogamus audi nos.
Ut ecclesiam tuam regere et
defensare digneris. te r.
Ut domnum apostolicum et
omnes gradus ecclesie in sancta
religione conservare digneris. te
Ut regibus et principibus pacem

et veram concordiam atque victoriã
donare digneris te.
Ut omnes benefactores nros
conservare digneris te.
Ut animas nras et parentum
nrorum ab eterna dampnacione
eripias te.
Ut mentes nras ad celestia de
sideria erigas. te.
Ut obsequium servitutis nre
racionabile facias. te
Ut fructus terre dare et conser
vare digneris te
Ut oculos mĩe tue super nos
reducere digneris te.
Ut nos exaudire digneris. te.
Fili dei. te
Fili dei te.
Fili dei te.

Agnus dei qui tollis peccata
mundi exaudi nos domine
Agnus dei qui tollis peccata
mundi parce nobis domine.
Agnus dei qui tollis peccata
mundi miserere nobis
Xpe audi nos. Kyrieleyson
Xpeleyson. Kyrieleyson. Pater
noster. Et ne nos. Fiat pax
in virtute tua. Et habundantia
in turribus tuis. Fiat mia tua
domine super nos. Quem ad
modum speravimus in te. O
remus pro benefactoribus nris
Pro fidelibus deffunctis. Re
quiem eternam dona eis domine
Et lux perpetua luceat eis.
Requiescant in pace amen
Domine exaudi oracionem

meam. Et clamor meus ad te
veniat. Oremus
Deus cui proprium est
misereri semper et parce
re suscipe deprecationem nram
ut quos delictorum cathena con
stringit miseratio tue pietatis
absolvat. Per xpm.
Ure igne sancti spiritus renes
nostros et cor nrm domine
ut tibi casto corpore serviamus
et mundo corde placeamus. per
xpm dominum nrm amen.
Pretende domine famulis
et famulabus tuis dexteram
celestis auxilii ut te corde toto
perquirant et que digne postu
lant assequantur. Per xpm
dominum nrm amen.

In huius diei exortu domine
tua sancta benedictione me
semper adiuua tuaque gratia me
purificet et a dyaboli laqueis eripi
at et presta ut per totum diem ho
neste viuam et finem vite mee co
siderem in omni quoque oratione
mea tu me hodie et semper exau
dias et ad horam vespertinam sal
uum et illesum perducas me Per
xpm dominum nrm Oracio

Deus qui nos patrem et ma
trem honorare precepisti
clementer animabus patri et
matri mee eorumque peccata dimi
tte me et cum illis eterne clarita
tis gaudio fac videre. Per Oracio

Deus venie largitor et hu
mane salutis amator que


domine immensam clemenciam
tuam ut nostre congregacionis fratres
sorores parentes amicos et benefacto
res nostros qui ex hoc seculo transierunt
beata dei genitrice maria interceden
te cum omnibus sanctis tuis ad
perpetue beatitudinis consorcium
pervenire concedas. Per Oratio

Benedic michi domine hodie
et omnium tempore custodi
me et salvifica me ut sint angeli
et archangeli tui super virtutes
potestates principatus dominacio
nes throni cherubin et seraphin.
patriarche et prophete apostoli
et evangeliste. martires et con
fessores virgines et omnes sanc
ti dei in comitatu meo in cogita
cionibus meis. tu deffendis atque

benedicas et cuſtodias me domine
iheſu xp̄e in omni itinere et in
omni loco ubicumque fuero vel ſtans
vel ſedens vel manducans vel bi
bens loquens tacens letus iratus
vel dormiens. Qui vivis et regnas
deus per omnia ſecula ſeculorū
amen. Oracio

Fidelium deus omnium con
ditor et redemptor animabus
famulorum famularumque tuarum
remiſſionem cunctorum tribue
peccatorum ut indulgenciam
quam ſemper optaverunt piis
ſupplicacionibus conſequantur
Per xp̄m dominum nr̄m amen

Ci commencent les heures de
la croix.



Domine labia mea ape
ries. Et os meum
annunciabit laudem
tuam. Deus in adiutorium me
um intende. Domine ad adiuua
dum me festina. Gloria patri
et filio et spiritui sancto. Sicut

Patris ſapiencia veritas divina. Deus homo captus eſt hora matutina. A ſuis diſcipulis cito derelictus. A iudeis traditus venditus et afflictus.

an Adoramus te domine ihesu xpe et benedicimus tibi. Quia per ſanctam crucem tuam redemiſti mundu[m].

Domine ihesu xpe oracio fili dei vivi pone paſſione[m] crucem et mortem tuam inter iudicium tuum et animam mea[m] nunc et in hora mortis mee largiri digneris vivis mi[sericordi]am. et graciam deffunctis veniam et requiem. eccleſie tue pacem et concordiam et nobis peccatoribus vitam et requiem ſempiternam Per xpm dominum nrm. Ad primam

Deus in adiutorium meum
intende. Domine ad ad
iuvandum me feſtina. Hympnus
Hora prima ductus eſt iheſu
ad pylatum. Falſis teſtimo
niis multum accuſatum. In
collo percuciunt manibus ligatu.
Vultum dei conſpuunt lumen
celi gratum. an Adoramus. oro
Domine ihu xpe ut s. Ad terciam
Deus in adiutorium meum
intende. Domine ad ad
iuvandum me. Hympnus
Crucifige clamitant hora
terciarum. Illuſus induit
veſte purpurarum. Caput eius
pungitur corona ſpinarum.
Crucem portans humeris ad locu
penarum. an Adoramus te domine

Domine ihesu xpe ut e. Ad sexta[m]
Deus in adiutorium meum
intende. Domine ad ad
iuuandum me festina. hympnus
Hora sexta ihesus est cruci
conclauatus. Atque cum
latronibus pendens deputatus.
Pre tormentis. sitiens felle sa
turatus. Agnus crimen diluit
sic ludificatus. an Adoramus
Domine ihu xpe. Ad nonam
Deus in adiutorium meum
intende. Domine ad ad
iuuandum me festina hympnus
Hora nona dominus ihesus
expirauit. Heli clamans
animam patri commendauit.
Latus eius lancea miles perfor
auit. Terra tunc cum tremuit
z sol obscurauit. an Adoramus

Domine ihesu xpe. Ad vesperas
Deus in adiutorium meum
intende. Domine ad ad
iuvandum me festina. hympnus
De cruce deponitur hora
vespertina. Fortitudo la
tuit in mente divina. Talem
mortem subiit vite medicina.
Heu corone glorie iacuit supina.
V. Adoramus te domine. oro. Ad
Domine ihu xpe. completoriu[m]
Converte nos deus salutaris
noster. Et averte iram
tuam a nobis. Deus in adiuto
rium meum intende. Domine
ad adiuvandum me festina.
Hora completorii datur
sepulture. corpus xpi no
bile spes vite future conditur
aromate. complentur scripture

Iugis ſic memoria mors hec michi
cure. Et **Hympnus**

Has horas canonicas cum
devocione xpe tibi recolo
pia racione ut qui pro me paſſus
es amoris ardore ſic michi ſolaciu
in mortis agone. Amen **antipha**

Adoramus te domine ihu xpe et bene
dicimus tibi Quia per ſanctam
crucem tuam redemiſti mundum.

Domine iheſu xpe fili dei
vivi pone paſſionem ut c.

Ci commencent les heures du Saint esperit



Domine labia mea ape-
ries Et os meum
annunciabit laudem
tuam Deus in adiutorium me-
um intende Domine ad adiuu-
andum me festina Gloria pa-
tri et filio et spiritui sancto

Sicut erat in. Antiphona
Veni sancte spiritus reple tuorum
corda fidelium et tui amoris in eis
ignem accende. Hymnus
Nobis sancti spiritus gracia
sit data. de qua virgo virgi-
num fuit obumbrata. cum per
sanctum angelum fuit salutata
Verbum caro factum est virgo fe-
cundata. ℣. Emitte spiritum tuum et
creabuntur. ℟. Et renovabis faciem
terre. Oratio.
Omnipotens sempiterne
deus da nobis illam sancti
spiritus graciam quam discipulis
tuis in die sancto penthecostes
transmisisti per. Ad primam
Deus in adiutorium meum
intende. Domine ad adiuvan-

dum me festina. Gloria patri
Sicut erat. hympnus
De uirgine filius xpus
fuit natus crucifixus
mortuus atque tumulatus resur
gens discipulis fuit demonstra
tus et ipsis cernentibus celis
eleuatus. ℣ Emitte etc. ℟
Et renouabis faciem. oratio. Ad
Omnipotens etc. Terciam
Deus in adiutorium meum
intende. Domine ad adiuuan
dum me festina. Gloria patri
Sicut erat. hympnus
Suum sanctum spm deus
deus delegauit. in die sanc
to penthecostes ipsos confirmauit
de linguis igneis ipsos inflam
mauit relinquere orphanos ipsos

declarauit. ℣ Emitte spm tuum
et creabuntur. Et renouabis facie t.
Oremus. Oracio.
Omnipotens sempiterne deus
da nobis illam sancti spus
graciam quam discipulis tuis in
die sancto penthecostes transmisi
sti. Qui viuis. Ad vj.
Deus in adiutorium meum
intende. Domine ad ad.
Veni sancte spus. Hympnus
Septiformam graciam tunc
acceptauerunt. quare y
diomata cuncta cognouerunt
Ad diuersa climata mundi re
cesserunt. et fidem catholicam
tunc predicauerunt. ℣ Emitte
spm tuum et creabuntur. Et
renouabis faciem terre Oracio

Omnipotens ſempiterne deus
da nobis illam. Ad nonam
Deus in adiutorium meum
intende. Domine ad adiuuandu[m]
Veni ſancte ſpiritus. Hympnus
Spiritus paraclitus fuit appel
latus. Donum dei caritatis
fons viuificatus. ſpiritalis vnc
cio igne inflammatus. Septi
formane gracia cariſma vocatur
℣. Emitte ſpiritum. Et renoua
Omnipotens ſempiterne. Ad
Deus in adiutorium Veſperas
meum intende. Domine
Veni ſancte ſpiritus. Hympnus
Dextra dei digitus virtus ſpi
ritalis. Nos defendat et
eruat ab omnibus malis. Ut no
bis non noceat demon infernalis

protegat enutriat et foveat sub
alis. V. Emitte spiritum tuum
Omnipotens sempiterne. Ad
Converte nos deus sa compl.
lutaris noster. Et averte
faciem tuam a nobis. Deus in
adiutorium meum intende.
Domine ad adiuvandum me
festina. Gloria patri. Sicut
erat. V. Veni sancte spiritus. hymnus
Spiritus paraclitus nos vellit
iuvare gressus nostros regere
et illuminare. Ut cum iudex ve
nerit omnes iudicare nos vellit
ad dexteram suam appellare.
Has horas canonicas cum
devotione tibi sancte spiritus
pia racione dixi. Ut nos visites
inspiracione ut vivamus celi

rectione. Amen. V. Emitte spiritum tuum et creabuntur. Et renouabis faciem terre. Oremus. Oratio

Omnipotens sempiterne deus da nobis illam sancti spiritus graciam quam discipulis tuis in die sancto penthecostes transmisisti. Per xpm dominum nostrum amen

Benedicamus domino. Deo gracias

Ci apres commencent vigiles de mors



Dilexi quoniam exaudiet
dominus vocem oratio-
nis mee. Quia inclina-
vit aurem suam michi et in dieb*us*
meis invocabo. Circumdederunt
me dolores mortis et pericula in

ferni inuenerunt me. Tribulacio
nem et dolorem inueni et nomen
domini inuocabo. O domine libe
ra animam meam miſericors do
minus et iuſtus et deus noſter
miſeretur. Cuſtodiens paruulos
dominus humiliatus ſum et libe
rauit me. Conuertere domine
animam meam in requiem tua
quia dominus benefecit tibi. Q
uia eripuit animam meam de
morte oculos meos a lacrimis
pedes meos a lapſu. Pla
cebo domino in regione uiuorum
Requiem eternam dona eis
domine. et lux perpetua luceat eis
Placebo domino in regione
uiuorum. Heu me quia
Ad dominum cum tribularer

clamaui et exaudiuit me. Domine
libera animam meam a la
biis iniquis et a lingua dolosa.
Quid detur tibi aut quid apponatur
tibi ad linguam dolosam. Sa
gitte potentis acute cum carboni
bus desolatoriis. Heu michi quia
incolatus meus prolongatus est
habitaui cum habitantibus cedar
multum incola fuit anima me
a. Cum hiis qui oderunt pacem eram
pacificus cum loquebar illis im
pugnabant me gratis. Requiem
eternam. Heu me quia incollatus
meus prolongatus est. antiphona
Dominus custodit Psalmus
Leuaui oculos meos in
montes unde veniet auxi
lium michi. Auxilium meum
a domino qui fecit celum et terram

Non det in commocionem pedem
tuum neq dormiet qui custodit te.
Ecce non dormitabit neq dormi
et qui custodit israhel. Dominus
custodit te dominus protectio tua
super manum dexteram tuam.
Per diem sol non uret te. neq
luna per noctem. Dominus cu
stodit te ab omni malo custodiat
animam tuam dominus. Do
minus custodiat introitum tuu
et exitum tuum ex hoc nunc et
usq in seculum. Requiem eter
nam dona eis domine. antiphona
Dominus custodit te ab omni ma
lo custodiat animam tuam dominus
Si iniquitates psalmus dd.
De profundis clamaui ad te
domine domine exaudi
vocem meam. Fiant aures tue

intendentes in vocem deprecationis
mee. Si iniquitates observave
ris domine: domine quis sustinebit.
Quia apud te propiciatio est: et
propter legem tuam sustinui te
domine. Sustinuit anima
mea in verbo eius: speravit anima
mea in domino. A custodia ma
tutina usque ad noctem speret israel
in domino. Quia apud dominum
misericordia: et copiosa apud eum
redemptio. Et ipse redimet israel
ex omnibus iniquitatibus eius.
Requiem eternam. antiphona
Si iniquitates observaveris domi
ne: domine quis sustinebit.
Opera manuum tu Psalmus DD
Confitebor tibi domine in
toto corde meo quoniam au

disti

audisti berba oris mei. In conspec
tu angelorum psallam tibi ad
horabo ad templum sanctum tuu
et confitebor nomini tuo. Super
mia et veritate tua quoniam ma
gnificasti super omne nomen
sanctum suum. In quacumq3
die inuocauero te exaudi me mul
tiplicabis in anima mea virtute.
Confitebor tibi domine omnes
reges terre qz audierunt omnia
berba oris mei. Et cantant in
viis domini quoniam magna est
gloria domini. Quoniam excelsus domi
nus et humilia respicit et alta
alonge cognoscit. Si ambulaue
ro in medio tribulationis viuifi
cabis me et super iram inimico
rum extendisti manum tuam

et ſaluum me fecit dextera tua.
Dominus retribuet pro me
domine miſericordia tua in ſecu
lum opera manuum tuarum
ne deſpicias. Requiem eternã
Opera manuum tuarum ne
deſpicias. ℟ Qui lazarum ℣
Magnificat anima mea
dominum. Et exulta
uit ſpũs meus in deo ſalutari meo.
Quia reſpexit humilitatem
ancille ſue ecce enim ex hoc beata
me dicent omnes generationes.
Quia fecit michi magna qui
potens eſt ſanctum nomen eius.
Et mĩa eius a progenie in pro
genies timentibus eum. Fecit
potenciam in brachio ſuo diſper
ſit ſuperbos mente cordis ſui.

Depoſuit potentes de ſede et ex
ultauit humiles. Eſurientes
impleuit bonis et diuites dimi
ſit inanes. Suſcepit iſrahel
puerum ſuum recordatus es
mie ſue. Sicut locutus eſt ad
patres nros abraham et ſemini
eius in ſecula. Requiem. ℟
Qui lazarum reſuſcitaſti a mo
numento fetidum. Tu eis domine
dona requiem et locum indulgencie.
Pater nr. Et ne nos. Sed libera
In memoria eterna erunt iuſti
Ab auditione mala non timebunt
A porta inferi. Erue domine an
imas eorum. Credo videre bona
domini in terra viuentium. ℟
Lauda anima mea dominum
laudabo deum in vita mea

pſallam deo meo quamdiu fuero.
Nolite confitere in principibus
nec in filiis hominum in quibus
non eſt ſalus. Exibit ſpiritus eius
et revertetur in terram in illa
die peribunt omnes cogitationes
eorum. Beatus cuius deus ia
cob adiutor eius in domino deo
ipſius qui fecit celum et terram
mare et omnia que in eis ſunt.
Qui cuſtodit veritatem in ſecu
lum facit iudicium iniuriam
patientibus dat eſcam eſurienti
bus. Dominus ſoluit compe
ditos dominus illuminat cecos.
Dominus erigit eliſos dominus
diligit iuſtos. Dominus cu
ſtodit advenas pupillum et vi
duam ſuſcipiet et vias peccatorum

diſpendet. Regnabit dominus
in ſecula deus tuus in generatio
ne et generationem. Requiem
Requieſcant in pace amen
Domine exaudi orationem
Et clamor meus. Oremus
Deus venie largitor et hu
mane ſalutis amator
queſumus domine inmenſam
clemenciam tuam. ut nos congre
gationes nostre fratres ſorores paren
tes amicos et benefactores nostros
qui ex hoc ſeculo tranſierunt.
Beata maria ſemper virgine
intercedente cum omnibus ſancti
tuis ad perpetue beatitudinis con
ſortium pervenire concedas.
Per xpm dominum nostrum
Alia oratio

Inclina domine aurem tuam
ad preces nostras quibus misericordiam
tuam ſupplices deprecamur ut
animam famuli tui quam de hoc
ſeculo migrare iuſſiſti in pacis
ac lucis regione conſtituas et ſanc
torum tuorum iubeas eſſe conſor
tem. Per xpm dominum. Oracio

Fidelium deus omnium con
ditor et redemptor anima
bus famulorum famularum
que tuarum remiſſionem cunctorum
tribue peccatorum ut indulgenciam
quam ſemper optauerunt piis
ſupplicacionibus conſequentur

In primo nocturno ps david

Verba mea auribus percipe
domine intellige clamo
rem meum. Intende voci ora
tionis mee rex meus et deus me(us).
Quoniam ad te orabo domine
mane exaudies vocem meam.
Mane astabo tibi et videbo quoniam
non deus volens iniquitatem
tu es. Neque habitabit iuxta te
malignus neque permanebunt
iniusti ante oculos tuos. Odi
sti omnes qui operantur iniqui
tatem perdes omnes qui loquuntur
mendacium. Virum sangui
num et dolosum abhominabitur
dominus ego autem in multitu
dine misericordie tue. Introibo in domum
tuam adorabo ad templum sanctum
tuum in timore tuo. Domine

Deduc me in iuſticia tua propter
inimicos meos dirige in conſpectu
tuo viam meam. Quoniam non
eſt in ore eorum veritas cor eorum
vanum eſt. Sepulcrum patens
eſt guttur eorum linguis ſuis
doloſe agebant. iudica illos deus.
Decidant a cogitationibus ſuis
ſecundum multitudinem impie
tatem eorum expelle eos quoniā
irritaverunt te domine. Et
letentur omnes qui ſperant in te
in eternum exultabunt et habi
tabis in eis. Et gloriabuntur
in te omnes qui diligunt nomen
tuum quoniam tu benedices iuſto.
Domine ut ſcuto bone volun
tatis tue coronaſti nos. Requiē
eternam dona eis domine.

Dirige domine in conspectu tuo
viam meam. Convertere ps. dd'

Domine ne in furore tuo
arguas me neque in ira tua
corripias me. Miserere mei domi
ne quoniam infirmus sum sana
me domine quoniam conturbata
sunt omnia ossa mea. Et anima
mea turbata est valde sed tu do
mine usquequo. Convertere
domine et eripe animam meam
salvum me fac propter miam
tuam. Quoniam non est in
morte qui memor sit tui in in
ferno autem quis confitebitur
tibi. Laboravi in gemitu meo
lavabo per singulas noctes lectu
meum lacrimis meis stratum
meum rigabo. Turbatus est

a furore oculus meus inveteravi
inter omnes inimicos meos.
Discedite a me omnes qui operamini
iniquitatem quoniam ex
audivit dominus vocem fletus mei
Exaudivit dominus deprecatio
nem meam dominus orationem
meam suscepit. Erubescant et
conturbentur vehementer omnes
inimici mei convertantur et
erubescant valde velociter anti
Convertere domine et eripe animam
meam. quoniam non est in morte
qui memor sit tui. ant Nequando
Domine deus meus in te
speravi salvum me fac
ex omnibus persequentibus me
et libera me Nequando rapiat
ut leo animam meam dum non

est qui redimat neque qui saluum
faciat. Domine deus meus si
feci istud si est iniquitas in ma
nibus meis. Si reddidi retribue
tibus michi mala decidam merito
ab inimicis meis inanis. Per
sequatur inimicus animam
meam comprehendat et conculcet
in terra vitam meam et gloria
meam in pulverem deducat.
Exurge domine in ira tua
et exaltare in finibus inimicor
meorum. Exurge domine deus
meus in precepto quod mandasti
et synagoga populorum circumda
bit te. Et propter hanc in al
tum regredere dominus iudicat
populos. Iudica me domine
secundum iusticiam meam et

secundum innocenciam meam
super me. Consumetur nequi
cia peccatorum et diriges iustum
scrutans corda et renes deus.
Iustum adiutorium meum
a domino qui saluos facit rectos
corde. Deus iudex iustus et pa
ciens numquid irascitur per sin
gulos dies. Nisi conuersi fuerit
tis gladium suum vibrauit ar
cum suum tetendit et parauit
illum. Et in eo parauit vasa
mortis sagittas suas ardentibus
effecit. Ecce parturiit iniusti
ciam et concepit dolorem et pepe
rit iniquitatem. Lacum ape
ruit et effodit eum et incidit in
foueam quam fecit. Conuer
tetur dolor eius in caput eius. et

in verticem ipsius iniquitas eius
descendet. Confitebor domino
secundum iusticiam eius et psal
lam nomini domini altissimi
Requiem eternam dona eis
domine. Anti. Nequando rapi
at ut leo animam meam. Dum no
est qui redimat neque qui saluum
faciat. V. A porta inferi. Erue
domine animas eorum. Pater
nr. Et ne nos. Lectio prima
Parce michi domine. nichil
enim sunt dies mei. Quid
est homo quia magnificas eum.
aut quid apponis erga eum cor tu
um. Visitas eum diluculo. et subi
to probas illum. Usquequo non
parcis michi nec dimittis me ut
glutiam saliuam meam. Peccaui

ni. Quid faciam tibi o custos
hominum? Quare me posuisti
contrarium tibi et factus sum
michimet ipsi grauis. Cur non
tollis peccatum meum et quare
non aufferes iniquitatem meam.
Ecce nunc in puluere dormio et
si mane me quesieris non subsistam
R. Qui lazarum resuscitasti
a monumento fetidum. tu eis
domine dona requiem et locum in
dulgencie V. Qui venturus es iu
dicare viuos et mortuos et seculum
per ignem. V. Tu eis domine dona
requiem et locum indulgencie L. ij.
Tedet animam meam vite
mee dimittam aduersum
me eloquium meum. Loquar
in amaritudine anime mee dicam

deo. noli me condempnare. Indica michi cur me ita iudices. Nunquid bonum tibi videtur si calumpnieris et opprimas me opus manuum tuarum. et consiliu impiorum adiuves. Nunquid occuli carnei tibi sunt. et sicut videt homo et tu videbis. Nunquid sicut dies hominis dies tui et anni tui sicut humana sunt tempora. Ut queras iniquitatem meam et peccatum meum scruteris: Et scias quia nichil impium fecerim cum sit nemo qui de manu tua possit eruere. Respons Credo quod redemptor meus vivit et in novissimo die de terra surrecturus sum. Et in carne mea videbo deum salvatorem meum V. Quem visu

nus ſum ego ipſe et non alius et ocu
li mei conſpecturi ſunt. Et in carne
mea videbo deum. Lectio tercia



Manus tue domine fecerunt
me et plaſmaverunt me
totum in circuitu et ſic repente pre
cipitas me. Memento queſo quod
ſicut lutum feceris me. et in pul
verem reduces me. Nonne ſicut
lac mulſiſti me et ſicut caſeum
me coagulaſti. Pelle et carnibus
veſtiſti me oſſibus et nervis com
pegiſti me. Vitam et miſericordiam tribu
iſti michi et viſitacio tua cuſtodi
vit ſpiritum meum. Reſponſorium
Heu michi domine quia peccavi
nimis in vita mea quid faciam mi
ſer ubi fugiam niſi ad te deus meus
miſerere mei et ſalva me. Dum

veneris in noviſſimo die. Verſiculus.
Anima mea turbata eſt valde ſed tu
domine ſuccurre ei. Dum veneris in noviſ
ſimo die. In loco. In ij° n°. ps. dd.
Dominus regit me et nichil
michi deerit in loco paſcue
ibi me collocavit. Super aquam
refectionis educavit me animam
meam convertit. Deduxit me
ſuper ſemitas iuſticie. propter
nomen ſuum. Nam et ſi ambu
lavero in medio umbre mortis
non timebo mala quoniam tu
mecum es. Virga tua et bacu
lus tuus ipſa me conſolata ſunt.
Paraſti in conſpectu tuo men
ſam adverſus eos qui tribulant
me. Impinguaſti in oleo caput
meum et calix meus inebrians

qui preclarus est. Et mīa mea
subsequetur me omnibus die
bus vite mee. Et ut inhabitem
in domo domini in longitudinem
dierum. Requiem eternam. an̄
In loco pascue ibi me collocavit.
Delicta iuventutis Ps. David
Ad te domine levavi animam
meam deus meus in te con
fido non erubescam. Neque irride
ant me inimici mei etenim
universi qui sustinent te non
confundentur. Confundantur
omnes iniqua agentes super
vacue. Vias tuas domine demon
stra michi et semitas tuas edoce
me. Dirige me in veritate tua
et doce me quia tu es deus salvator
meus et te sustinui tota die.

Reminiscere miseracionum
tuarum domine et misericordiarum
tuarum q a seculo sunt. Delic
ta iuventutis mee et ignorancias
meas ne memineris. Secundum
miam tuam memento mei tu
propter bonitatem tuam domine.
Dulcis et rectus dominus prop
ter hoc legem dabit delinquentibus
in via. Diriget mansuetos in
iudicio docebit mites vias suas.
Universe vie domini mia et
veritas requirentibus testamentu
eius et testimonia eius. Propt
nomen tuum domine propiciabe
ris peccato meo multum est enim.
Quis est homo qui timet domi
num legem statuit ei in via qua
elegit. Anima eius in bonis

demorabitur et ſemen eius hereditabit terram. Firmamentum eſt
dominus timentibus eum et teſtamentum ipſius ut manifeſtetur
illis. Oculi mei ſemper ad dominum quoniam ipſe euellet de laqueo
pedes meos. Reſpice in me et miſerere mei quia unicus et pauper
ſum ego. Tribulationes cordis
mei multiplicate ſunt de neceſſitatibus meis eripe me. Vide
humilitatem meam et laborem
meum et dimitte uniuerſa delicta mea. Reſpice inimicos meos
quoniam multiplicati ſunt et
odio iniquo oderunt me. Cuſtodi animam meam et eripe me nō
erubeſcam quoniam ſperaui in te.
Innoſcentes et recti adheſerunt

michi quia sustinui te. Libera
deus israhel ex omnibus tribu
lacionibus suis. Requiem eter
nam dona eis domine. et antip
Delicta iuventutis mee et ignorancias
meas ne memineris domine. anti
Credo videre. Psalmus david
Dominus illuminacio
mea et salus mea quem
timebo. Dominus protector
vite mee a quo trepidabo. Dum
appropiant super me nocentes
ut edant carnes meas. Qui tri
bulant me inimici mei ipsi in
firmati sunt et ceciderunt. Si
consistant adversum me castra no
timebit cor meum. Si exurgat
adversum me prelium in hoc
ego sperabo. Unam petii a

domino hanc requiram ut in
habitem in domo domini omnibz
diebus vite mee. Ut videam vo
luntatem domini et visitem tem
plum eius. Quoniam abscon
dit me in tabernaculo suo in die
malorum protexit me in abscon
dito tabernaculi sui. In petra
exaltavit me et nunc exaltavit
caput meum super inimicos
meos. Circuivi et immolavi
in tabernaculo eius hostiam vo
ciferacionis cantabo et psalmum
dicam domino. Exaudi domi
ne vocem meam qua clamavi
ad te miserere mei et exaudi me.
Tibi dixit cor meum exquisivit
te facies mea faciem tuam domine
requiram. Ne avertas faciem
tuam a me. ne declines in ira a ser

uo tuo. Adiutor meus eſto ne
derelinquas me. neqz deſpicias
me deus ſalutaris meus. Qm
pater meus et mater mea derelin
querunt me dominus autem
aſſumpſit me. Legem pone
michi domine in via tua et
dirige me in ſemita recta propter
inimicos meos. Ne tradideris
me in animas tribulancium
me quoniam inſurrexerunt in
me teſtes iniqui et mentita eſt
iniquitas ſibi. Credo videre
bona domini in terra viventium.
Expecta dominum viriliter
age et confortetur cor tuum et
ſuſtine dominum. Requiem
eternam dona eis domine. et lux
perpetua luceat eis.



Credo videre bona domini in
terra viuencium. ℣. In memoria
eterna erunt iuſti. ℟. Ab auditione
mala non timebunt. Pater noſter
Et ne nos. Lectio quarta
Quantas habeo iniquitates
et peccata ſcelera mea at
que delicta oſtende michi. Cur fa
ciem tuam abſcondis et arbitraris
me inimicum tuum. Contra fo
lium quod vento rapitur oſtendis
potenciam tuam et ſtipulam ſiccam
perſequeris. Scribis enim con
tra me amaritudines et conſume
re me vis peccatis adoleſcencie mee
Poſuiſti in neruo pedem meum et
obſeruaſti omnes ſemitas meas
et veſtigia pedum meorum con ſi
deraſti. Qui quaſi putredo con

ſumendus ſum et quaſi veſtimen
tum quod comeditur a tinea. ℟.
Ne recorderis peccata mea domine
dum veneris iudicare ſeculum
per ignem. ℣. Amplius lava me
domine ab iniquitate mea et a
delicto meo munda me. Dum
veneris iudicare. Lectio v.

Homo natus de muliere
brevi vivens tempore re
pletur multis miſeriis. Qui qua
ſi flos egreditur et conteritur et
fugit velut umbra et numquam in
eodem ſtatu permanet. Et dignum
ducis ſuper huius ſemodi aperi
re oculos tuos et adducere eum
tecum in iudicium. Quis poteſt
facere mundum de inmundo con
ceptum ſemine. Nonne tu qui

ſolus es. Breues dies hominis
ſunt numerus menſium eius
apud te eſt. Conſtituiſti terminos
eius qui preteriri non poterunt
Recede ergo paululum ab eo ut
quieſcat donec optata ueniat et
ſicut mercennarij dies eius. R.
Domine quando ueneris iudicare
terram ubi me abſcondam a uultu
ire tue. Quia peccaui nimis in
uita mea V. Commiſſa ſunt
paueſco et ante te erubeſco dum
ueneris iudicare noli me condemp
nare. Quia peccaui Lectio vi.
Quis michi hoc tribuat ut
in inferno protegas me
et abſcondas me donec pertran
ſeat furor tuus et conſtituas
michi tempus in quo recorderis

mei. Putas ne mortuus homo
rursum vivat. Cunctis diebus
quibus nunc milito expecto
donec veniat immutacio mea.
Vocabis me et ego respondebo tibi
operi manuum tuarum porriges
dexteram. Tu quidem gressus
meos dinumerasti sed parce pec
catis mei Responsorium
Peccantem me cotidie et non me
repenitentem timor mortis con
turbat me. Quia in inferno
nulla est redempcio miserere mei
deus et salva me. V. De profun
dis clamavi ad te domine domine
exaudi vocem meam. Quia in
inferno. V. Domine abstraxisti
me ab. Psalmus David
Exaltabo te domine quo
niam suscepisti me nec

delectaſti inimicos meos ſuper me.
Domine deus meus clamaui ad
te et ſanaſti me. Domine eduxiſti
ab inferno animam meam ſana
ſti me a deſcendentibus in lacum
Pſallite domino ſancti eius et
confitemini memorie ſanctitatis
eius. Quoniam ira in indignatione
eius et vita in voluntate eius. Ad ue
ſperum demorabitur fletus mei. et
ad matutinum leticia. Ego au
tem in habundancia mea non mo
uebor in eternum. Domine vo
luntate tua preſtitiſti decori meo
virtutem. Auertiſti faciem tua
a me et factus ſum conturbatus
Ad te domine clamabo. et ad
deum meum deprecabor. Que
vtilitas in ſanguine meo dum

descendo in corruptionem. Nun
quid confitebitur tibi pulvis aut
annunciabit veritatem tuam.
Audivit dominus et miſertus
eſt mei et factus eſt dominus ad
iutor meus. Convertiſti planc
tum meum in gaudium michi con
ſcidiſti ſaccum meum et circunde
diſti me leticia. Ut cantet tibi
gloria mea ut non compungar
domine deus meus in eternum
confitebitur tibi. Requiem. an
Domine abſtraxiſti ab inferno
animam meam. Complaceat.
Expectans expectavit dom
inum et intendit michi
Et exaudivit preces meas et
eduxit me de lacu miſerie et de
luto fecis. Et ſtatuit ſupra

petram pedes meos et direxit
greſſus meos. Et immiſit in
os meum canticum nouum car
men deo noſtro. Videbunt mul
ti et timebunt et ſperabunt in
domino. Beatus vir cuius eſt
nomen domini ſpes eius et non
reſpexit in vanitates et in inſanias
falſas. Multa feciſti tu domine
deus meus mirabilia tua et cogi
tationibus tuis non eſt qui ſi
milis ſit tibi. Annunciaui
et locutus ſum multiplicati ſunt
ſuper numerum. Sacrificium
et oblationem noluiſti aures au
tem perfeciſti michi. Holocau
ſtum et pro peccato meo non po
ſtulaſti. tunc dixi ecce venio
In capite libri ſcriptum eſt

de me ut facerem voluntatem tuā
deus meus volui et legem tuam
in medio cordis mei. Annuncia
vi iusticiam tuam in ecclesia
magna. ecce labia mea non prohi
bebo domine tu scisti. Iusticia
tuam non abscondi in corde meo
veritatem tuam et salutare tuū
dixi. Non abscondi miām tuā
et veritatem tuam a consilio mul
to. Tu autem domine ne longe
facias miseraciones tuas a me
miā tua et veritas tua semper
susceperunt me. Quoniam
circundederunt me mala quoꝝ
non est numerus comprehende
runt me iniquitates mee et non
potui ut viderem. Multiplicati
sunt super capillos capitis mei

et cor meum dereliquit me.
Complaceat tibi domine ut
eruas me domine ad adiuvandu
me reſpice. Confundantur et
revereantur ſimul qui querunt
animam meam. ut auferant ea.
Convertantur retrorſum et
revereantur qui volunt michi
mala. Ferant confeſtim confu
ſionem ſuam qui dicunt michi
euge euge. Exultent et letentur
ſuper te omnes querentes te et dicant
ſemper magnificetur dominus
qui diligunt ſalutare tuum.
Ego autem mendicus ſum et
pauper dominus ſollicitus eſt
mei. Adiutor meus et protector
meus tu es deus meus ne tardave
ris. Requiem eternam dona eis

Complaceat tibi domine ut eruas
me ad adiuuandum me respice. ps. dd.

Quem ad modum desiderat
ceruus ad fontes aquarum
ita desiderat anima mea ad te ds.
Sitiuit anima mea ad deum
fontem viuum quando veniam et
apparebo ante faciem dei. Fuerunt
michi lacrime mee panes die ac
nocte dum dicitur michi cotidie
vbi est deus tuus. Hec recordatus
sum et effudi in me animam me
am quoniam transibo in locum
tabernaculi admirabilis usqz ad
domum dei. In voce exultationis
et confessionis sonus epulantis.
Quare tristis es anima mea
et quare conturbas me. Spera
in deo quoniam adhuc confitebor
illi salutare vultus mei et ds me.

Ad me ipſum anima mea con
turbata eſt propterea memor ero
tui de terra iordanis et hermonii
a monte modico. Abyſſus aby
ſſum invocat in voce cathara
ctarum tuarum. Omnia excelſa
tua et fluctus tui ſuper me tran
ſierunt. In die mandavit domi
nus miam ſuam et nocte canticu
eius. Apud me oracio deo vite mee
dicam deo ſuſceptor meus es.
Quare oblitus es mei et quare
contriſtatus incedo dum affligit
me inimicus. Dum confrin
guntur oſſa mea exprobraverunt
michi qui tribulant me inimici
mei. Dum dicunt michi per
ſingulos dies ubi eſt deus tuus.
Quare triſtis es anima mea

et quare conturbas me. Spera in deo quoniam ad huc confitebor illi ſalutare vultus mei et deus meus Requiem eternam dona eis domine. et lux Antiphona ℟. Sitiuit anima mea ad deum fonte viuum quando veniam et apparebo ante faciem dei. ℣. Audiui vocem de celo dicentem michi. Scribe beati mortui qui in domino moriuntur Pater noſter. Et ne nos. Lectio vii.

Spiritus meus attenuabit dies mei breuiabuntur et ſolum michi ſupereſt ſepulcrum Non peccaui et in amaritudini bus moratur occulus meus. Libera me domine et pone me iuxta te et cuiuſuis manus pugnet contra me. Dies mei tranſie

runt cogitationes mee diſſipate
ſunt torquentes cor meum.
Noctem verterunt in diem et rur
ſum poſt tenebras ſpero lucem
Si ſuſtinuero infernus domus
mea eſt et in tenebris ſtravi lectu
lum meum. Putredini dixi pater
meus es et mater mea et ſoror mea
vermibus. Ubi eſt ergo nunc pre
ſtolatio mea et paciencia mea tu
es domine deus meus. Reſponſ.
Domine ſecundum actum meum
noli me iudicare nichil dignum in
conſpectu tuo egi. Ideo deprecor ma
ieſtatem tuam ut tu deleas iniqui
tatem meam. V. Quoniam ini
quitatem meam ego cognoſco et
delictum me-um contra me eſt
ſemper tibi ſoli peccavi. Ideo deprecor

Pelli mee consumptis car
nibus adhesit os meum
et derelicta sunt tantummodo
labia mea circa dentes meos.
Miseremini mei miseremini
mei saltem vos amici mei quia
manus domini tetigit me. Qua
re persequimini me sicut deus
et carnibus meis saturamini.
Quis michi hoc tribuat ut scri
bantur sermones mei. Quis mi
chi det ut exarentur in libro stillo
ferreo et plumbi lamina vel celte
sculpantur. Scio enim quod
redemptor meus vivit et in no
vissimo die de terra surrecturus
sum et in carne mea videbo deum
salvatorem meum. Quem visurus
sum ego ipse et occuli mei conspectu

ri ſunt et non aliud. Repoſita eſt
hec ſpes mea in ſinu meo. R.
Memento mei deus quia ventus
eſt vita mea nec aſpiciat me
viſus hominis. V. Et non reverte
tur occulus meus ut videat bona.
Nec aſpiciat me viſus hominis.
Quare de vulua. Lectio ix.
Quare eduxiſti me qui utinam
conſumptus eſſem ne occulus
meus videret. Fuiſſem quaſi no
eſſem de utero tranſlatus ad
tumulum. Nunquid non pau
citas dierum meorum finietur
brevi. Dimitte ergo me domine
ut plangam paululum dolorem
meum. antequam vadam et
non revertar ad terram tenebro
ſam et opertam mortis caligine

Terram miserie et tenebrarum
vbi vmbra mortis et nullus ordo
sed sempiternus horror inhabi
tans. Responsorium
Libera me domine de morte
eterna in die illa tremenda. V.
Quando celi mouendi sunt et
terra. Dum veneris iudicare seculum
per ignem. V. Dies illa dies ire cala
mitatis et miserie dies magna
et amara valde. Quando celi V.
Tremens factus sum ego et timeo
dum discussio venerit atque ventura
ira. Quando celi V. Plangent se
super se omnes tribus terre. Vix
Iustus saluabitur et ego miser
vbi parebo. Quando celi V.
Quid ergo miserrimus quid
dicam vel quid faciam dum nil

bonum perseveram ante tantum iu
dicem. Quando celi. V. Vox de celis
o vos mortui qui iacetis in sepulcris
surgite et occurrite ad iudicium
saluatoris. Quando celi V.
Creator omnium rerum deus
qui me de limo terre formasti
et mirabiliter proprio sanguine
redemisti corpus meum licet modo
putrescat de sepulcro facies in die iu
dicii resuscitari. Exaudi exaudi me
ut animam meam in sinu abrahe
patriarche iubeas collocari.
Libera me domine antiphona
Requiem eternam ps. David
Miserere mei deus secundum
Requiem eternam dona eis domine
Et lux perpetua luceat eis. an
Exaudi domine Psalmus dd

Te decet hymnus deus in syon et tibi reddetur votum in ierusalem. Exaudi oracionem meam ad te omnis caro veniet. Verba iniquorum prevaluerunt super nos et impietatibus nostris tu propiciaberis. Beatus quem elegisti et assumpsisti inhabitabit in atriis tuis. Replebimur in bonis domus tue sanctum est templum tuum mirabile in equitate. Exaudi nos deus salutaris noster spes omnium finium terre et in mari longe.

Preparans montes in virtute tua accinctus potencia qui conturbas profundum maris sonum fluctuum eius. Turba

buntur gentes et timebunt
qui habitant terminos a ſigma
tua exitus matutini et veſpere
delectabis. Viſitaſti terram
et inebriaſti eam multiplicaſti
locupletare eam. Flumen
dei repletum eſt aquis paraſti
cibum illorum quoniam ita
eſt preparacio eius. Rivos
eius inebrians multiplica ge
nimina eius in ſtillicidiis eius
letabitur germinans. Bene
dices corone anni benignita
tis tue et campi tui replebun
tur ubertate. Pingueſcent
ſpecioſa deſerti et exultacione
colles accingentur. Induti
ſunt arietes ovium et valles
habundabunt frumento cla

mabunt et eciam hymnum
dicent. Requiem eternam dona
eis domine et lux perpetua luceat
eis. An. Exaudi oracionem meam
ad te omnis caro veniet. Antip.
Me ſuſcepit. Pſalmus David.
Deus deus meus ad te de luce
vigilo. Deus miſereatur nostri
et benedicat nobis illuminet
vultum ſuum ſuper nos et mi
ſereatur noſtri. Me ſuſcepit
dextera tua. Pſalmus David.
Ego dixi in dimidio dierum
meorum vadam ad portas
inferi. Queſivi reſiduum an
norum meorum dixi non videbo
dominum deum in terra viventium.
Non aſpiciam hominem ultra
et habitatorem quietis. Genera

cio mea ablata est et conuoluta
est a me quasi tabernaculum pa
storum. Precisa est velut a texe
te vita mea dum ad huc ordirer
succidit me. De mane usque ad vespe
ram finies me. Sperabam
usque ad mane quasi leo sic con
triuit omnia ossa mea. De
mane usque ad vesperam finies
me sicut pullus hyrundinis.
sic clamabo meditabor ut colum
ba. Attenuati sunt oculi mei
suspicientes in excelso. Domine
vim patior responde pro me aut
quid respondebit michi cum ipse
fecerim. Recogitabo tibi omnes
annos meos in amaritudine
anime mee. Domine si sic
viuitur et in talibus vita spiritus

mea corripies me et viuificabis
me ecce in pace amaritudo mea
amariſſima. Tu autem erui
ſti animam meam ut non periret
proieciſti poſt tergum tuum
omnia peccata mea. Quia
non infernus confitebitur tibi
neque mors laudabit te non expec
tabunt qui deſcendunt in lacum
veritatem tuam. Viuens viuens
ipſe confitebitur tibi ſicut ego
hodie pater filiis notam faciet
veritatem ſuam. Domine
ſaluum me fac et pſalmos nros
cantabimus cunctis diebus
vite nre in domo domini. Re
quiem eternam. Ant. A porta in
feri erue domine animas eorum. V
Omnis ſpus. Pſalmus dauid

Laudate dominum de celis
laudate eum in excelſis.
Cantate domino canticum no
uum laus eius in ecctia ſanctor
Laudate dominum in ſanctis
eius laudate eum in firmamento
virtutis eius ut e. antiphona
Omnis ſpus laudet dominum. an
Credo domine. pſalmus dauid
Benedictus dominus deus iſra
hel quia viſitauit et fecit redemp
tionem plebi ſue ut e. antip
Credo domine deus meus ihu xpe
carnis reſurrectionem et vitam eterna
ſed tn deprecor tuam clementiam ut
non inter edos ſed inter agnos conſortiu
merear. Animas de corpore quas aſſump
ſisti fac gaudere tuum ſanctis tuis in
gloria. Pater nr. Et ne nos

Rb. In memoria eterna erunt iusti
Ab auditione mala non timebunt
Credo videre bona domini in terra
viventium. Psalmus david
De profundis clamavi ad te
domine domine exaudi vocem meam
Requiescant in pace amen. V.
Domine exaudi orationem meam
Et clamor meus ad te veniat. Oro
Inclina domine aurem
tuam ad preces nostras quibus
misericordiam tuam supplices deprecamur
ut animam famuli tui. N. quam
de hoc seculo migrare iussisti in
pacis ac lucis regione constituas
et sanctorum tuorum iubeas esse
consortem. Per. Alia oratio
Fidelium deus omnium
conditor et redemptor anim

mabus famulorum famularum
que tuarum remiſſionem cunctorum
tibus peccatorum ut indulgentiam
quam ſemper optaverunt piis
ſupplicationibus conſequantur
Per xpm dominum nostrum amen